



quod in *Westphalia* situm et Serenissimae *Domi*ni *Nassouien* par-
ret 5), *Nicolaus* noster natus esse poterit. Teste Chronico suo
Monasterium S. Petri a. MCCCCLXVI. intravit ibique usque in
a. MCCCCXCV. fanus et incolmis permanxit. A. MCCCCLXX.
cum octo fratribus sub Abate *Gunthero* professus simulque in sa-
cerdotem ordinatus est. A. MCCCCXCII. mittebatur in Monasterium
Reinsdorf, ut Priorem ibi ageret et vitam monachorum corrige-
ret, sed hac re male cedente post XXXVII. septimanas permittente
Abb. *Gunthero* reuersus est in Monasterium S. Petri. Alia manu,
sed vetusta, Chronico in fine est assutum prope nomen *Syghenii*:
Hic ista collegit; obiit a. MCCCCXCV. Hinc cum Chronico suo
simul vitam finiuit. Plura nunc dare non possumus.

5) vid. celeb. Busching. Geograph. P. III. Tom. I. p. m. 642. Bruz. la
Martin. Lex. Geograph. T. X. col. 903.

